



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita  
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë  
Comitis, Breviarivm**

**Bidermann, Jakob**

**Fribvrgi Brisgoiae, 1663**

Patiendi noua desideria. 59

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44891**

LIX. *Patiendi noua desideria.*

**R**Es eo progressa loci iam videbatur, vt valescente morbo de maioribus remedijs fuerit cogitandum; atque idcirco Antonius in aliud, idque aliquanto amœnius cubiculum deportandus: qui tamen, indieta migratione hanc sibi dari veniam petijt; vt ad horæ dimidiatæ spatium, esse soli liceret, prius quàm loco excederet. Non exorauit, quippe iam intellectum fuerat, quo ægri tergiuersatio pertineret: vt, qui solitudine ac tempore vsurus, illum horæ semissim, vexando verberandóq; corpori destinasset. Igitur nouo hospitio illatus quamuis ad eam virium debilitatem recidisset, vt difficultè mouere se loco, versa-

réque iam possit; tamen in spem  
 venit, à valitudinarij praefecto  
 impetrari adhuc precariò possè;  
 vt ibi aliena saltem & accom-  
 modata manu (quod prius ab  
 Aloyfio decumbente tentatum  
 acceperat) fineretur vti, ad ter-  
 gum flagris & vibicibus obse-  
 rendum. Intersit orantis dé-  
 siderio praeses; & ne quid huius  
 porrò deposceret, seuerè prohi-  
 buit. Deiectus vltima spe Anto-  
 nius, reliquam habuit, ipsius  
 morbi dolorib<sup>9</sup> animum solari,  
 quando nullis extrinsecus acci-  
 tis licuit. Et ideò gaudebat vel  
 tali imagine aliquos Christi pa-  
 tientis cruciatus assimilare; quos  
 etiam, vbi Deo videretur, conti-  
 nuos annis optabat pluribus ex-  
 periri. Ind<sup>9</sup> voces identid<sup>m</sup> ex-  
 ceptæ; *creasti totum me Deus;*  
*iube*

iube  
 vole  
 LX

V  
 cili  
 con  
 qua  
 re, v  
 vide  
 Ro  
 Cer  
 aut  
 ad  
 ad  
 In  
 din  
 mic  
 Ant  
 per  
 so, v

VBALDINI. 127

iube iterum me toto fieri, quod  
vales.

LX. *Ægritudo exteris pers  
dolita.*

V T rescitum interea per vr-  
bem fuit, Vbaldinum diffi-  
cili morbo conflictari; multis  
continuo argumentis apparuit,  
quanta de adolescentis vel gene-  
re, vel (quod veri mihi similis  
videtur) indole, virtutisque apud  
Romanos vigeret existimatio.  
Certatim nobilissimi quique,  
aut vjri principes, vel per se ipsi  
adi re, vel suam vicem alios, qui  
adirent, viserentque ablegarunt.  
In his eminuit Franciscus Car-  
dinalis Barberinus: cuius exi-  
mios erga se fauores comp rit  
Antonius ex Comite Garpegna  
per illustri viro, ea de causa mis-  
so, vt agro omnia ab humanis-

F 4

fimo